



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Petrus Episcopus. 3. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

tum tuæ civitatis. Cede patriâ prompto ac libenti animo, si id Dei obsequium exegerit; quoniam orbis universus domus Dei est, & Patria Christiani. Non exilium metuo, domus omnibus una est.

S. PETRUS Episcopus

3. Augusti.

*Scio opera tua quia nomen habes,
quod vivas & mortuus es. Apoc. 23*

EX Principum Salernitanorum stirpe
Eajunt oriundum PETRUM. Sed ut in no-
biliorem etiam familiam transiret D. Benedi-
cti, non dubitavit purpuram cum cucullo
mutare. Attulit tamen hic alteram illi pu-
puram, cùm Pont. Anagniæ ab Alex. Pont.
Max. datus est. Sed nos illud multò pluris fa-
cimus, Cœlitibus tam familiarem PETRUM
fuisse. Etenim cùm dubitatio suborta esse
Agnaniensibus, num D. Magni ossa penè se
haberent, eam ex omnium animo delevit
ipse Magnus, & testis suus ipse verissimus fa-
minæ à paralysi afflictæ (excubare eam PI-
TRUS ad tumbam Divi jussérat) sub noctem
conspicuus suam præsentiam Episcopo, simu-
sanitatem ægræ nuntiavit. Idem D. Magnus
PETRO oranti visus, iter illi Constantinopo-

lim
ut
inv
rus
lem
dic
no
spe
Mag
crea
situ
cha
MA
por
sum
mat
hæc
PET
tend
1. C
tem:
cum
caton
tutis
terre

o) 8; (o

lim indixit, & simul itineris rationem edixit,
ut quod valetudinem Imperatori allaturus, &
invicem, quidquid postulasset, esset ablatu-
rus. Itur ergo Constantinopolim ad Michaë-
lem. Sed negat hic se vel Anagniam vel Me-
dicum D. Magnum nōsse. Ut igitur nosceret,
nocte in sequenti cum morte luctanti Imper.
spectandum se obtulit ipse Magnus & cum
MAGNO VIRGO Maxima, monuitque PETRO
crederet, medicinam morbo facturo. Accer-
situs igitur hic & valetudini restituitur Mi-
chaël. Rogat quā medicinā? Saluberrimo
MARIAE & Magni nomine. Pretium operæ
porrò PETRUS suæ Anagniam hoc retulit, ut
sumptus Imp. Michaël faceret in ædem maxi-
mam ædificandam suffecturos. Sed neque
hæc licet magnifica explere oculos potuit
PETRI. Ad cœli igitur templa abiit. Eodem
tendis? per nostra in illa itur. Ex Ferrar.

MEDITATIO.

De morbis peccatoris.

1. CŒCUS est Peccator, non videt bona Paradi-
si, non inferni supplicia, non mundi vanita-
tem: videt duntaxat splendorem auri, dignitatum fu-
cum, & vanas deliciarum illecebras. Age verð pec-
cator aperi oculos, vide deformitatem peccati, vir-
tutis pulchritudinem, intuere brevitatem bonorum
terrenorum, quæ ut somnia prætereunt.

F 2

2. Äger

2. Æger est peccator, ut ex humorum intemperie corpus, ita ex affectuum perturbatione animus ejus laborat; sic impeditur cupiditatibus, utsursum tendere nequeat. Quare causam peccatorum tuorum, & sanè deprehendes omnia ex immoderatis affectibus promanare. Scrutare animum tuum, vide quid ames, desideres, odio habeas; & si quid tuis in affectibus effrenatum, aut minus rectum deprehendas, dic Domine, quem amas infirmatur.

3. Non solum æger, sed etiam mortuus est peccator, cum gratiam amiserit, longè difficilior est peccatoris conversio quam mortui suscitatio. O Amatissime Jesu? qui vitam profudisti, ut nos à morte liberares, suscita nos. Fac quod in te est, ut ad vitam gratiæ revoceris, & ora Deum ut tui miserear. *Ægrotus sum, ad medicum clamo: cœcus sum ad lucem pro pero: mortuus sum, ad vitam suspiro, tu es medicus, tu la tu vita Iesu Nazarene.* August.

S. DOMINICUS Confess.

4. Augusti.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in cœlis est. Matt. c. 5.

Alterum ecce Orbis labantis columen DOMINICUM. Certè Innoc. Pont. Max. subji